




G-82-165

~~H2-7c~~

~~19 de~~
~~19 de~~



Donacion hecha á la Biblioteca de la Universidad Literaria de Zaragoza por Doña Rosa Berné y Cebrian, de la Libreria de sus Sres. hermanos el Abogado D. Pedro y el Dr. y Catedrático de Leyes D. Manuel, en 4837.

Ad & Loca Sacra	de temp et rend.
Ad & Uncertis aut& de Legatis.	
Ad & In potestate dellos qui sunt suos	
Ad & Femina	de Flaco Econibus.
Ad & Sed et illud.	de Recitationibus.
Ad & Cum aut& is.	Quib Mod. sus pat. pot. sol.
Ad & Pena servus	Quib Mod. Ius posse pot. sol.
Ad & Minor	De Capt dicti inutine
Ad & Minima	De Cap. dicitur
Ad & Reg. tamd	De laicis sicut Ecclesie
Ad & V.	Quib mod. tunc sententia
Ad Principio	De excusatione Ecclesie
Ad & Qui aut&	De Excusat. Ecclesie
Ad & Consequens	De Specie. Ecclesiis
Ad & Plurima aut&	De Rebus divisione
Ad & Pavonis	De Rebus divisione
Ad & Insula	De Rebus divisione
Ad & Si deouid	De Rebus divisione
Ad & Si quis malitia	De Rebus divisione
Ad & Finale	De Rebus divisione
Ad & Conlectibus	De Profectibus
Ad & Finibus	De Natura other
Ad & Et divis	Res quas per nos nobis adquir
Ad & Error aut&	De Vulgar
Ad & Testes aut&	De Testam ordin
Ad & Plane	De multibz testamentis
Ad & De Prodigis	Quib nō perm fecerit

Ad d' Adoratio — De exercitu liber
 Ad d' Schibus aut^e De exercitu liber
 Ad d' Heret. — De exercitu liber
 Ad d' Impuniti^y — De exercitu liber
 Ad d' Adoratio — De exercitu liber
 Ad d' Mater — De exercitu liber
 Ad d' Abris impub. — De exercitu liber

SERENISSIMO

PRINCIPI

IOANNI AVSTRIACO,
PHILIPPI III MAGNI F.

CAROLI II FRATRI:

CÆSAR-AVGVSTAM
FOELICISSIMIS AVSPICII
INGREDIENTI:

F. JOSEPH BONAVENTURA
PONZ, ORD. PRÆD.

S. SCRIPTVRÆ PVBLICVS INTERPREPS:

FORTVNATVM
ADVENTVM,
FAVSTA OMNIA
PRÆCATVR.

585
SERENISSIMO
Tit. Calphur. Eglog. 4;

AMINTAS:

Dij praeor hunc iusvenem, quem vos (nisi fallor)
ab ipso
Æthere misistis, post longa reducите vita
Tempora, vel posius mortale resolvite pensum;
Et date perpetuo celestia fila metallo
Sir Deus; & nolis pensare Palatia Cælo;

CORIDON:

Tu quoque mutata seu luppiter ipse figura
Cesar ades, seu quis superum sub imagine falsa
Mortalique latet: vivas, atque hunc praeor
Orbem
Hos praeor aeternus Populos rege; sic tibi Cæli
Vilis amor, ceptamq; Pater ne desere terram.

SERENISSIMO PRINCIPI
IOANNI AVSTRIACO,
PHILIPPI MAGNI
FILIO,
AVITÆ, PATERNÆQUE VIRTUTIS
ÆMVLÖ:

CAROLI DVLCISSIMI FRATRIS
FOELICITER REGNANTIS
NVMINI TVTELARI:

STRENO REGIÆ AVCTORITATIS
VINDICI:

HESPERIO ALCIDI
ALEXICACO:
PVBLICÆ SPEI FIRMISSIMO COLVMNI.
AD ÆTERNITATEM
HISPANI NOMINIS, ET IMPERII.

ADMIRATVS FAMAM,
VENERATVS GLORIAM;
IMMORTALITATI VOTVM APPENDIT,

F.I.B.P.O.P.

✓. 9301.



SE RE NISSIMO PRINCIPI
IOANNI AVSTRACO.
PHILIPPI MAGNI
FELICIS
AVITAE PATERNITATIS VIRTUTIS
KMAT: CAROLI DACTISMI FRA TRIS
POE TICITER REGNANTIIS
NAVINI TATELLA: RERUM
SERVANDO RICIE ACTORIATIS
AINDO: HESPERIO ALCIDI
ALEXICAGO:
PARTIE SEI HIRMISIMO COLVIMIN
AD TATERNITATEM
HISPANI NOMINIS ET IMPERII
ADMIRATAZ FAMAM
VENERATAZ GLORIAM
IMMORTALITATI LOTVM APPENDIT
R.I.B.R.O.F.



I quantū virtutibus Tuis debetur,
(SERENISSIME PRINCEPS)
tantundem mihi esset eloquētia;
nullus ex mea oratione dubita-
ret, neque admirationi, neque
gratiæ potuisse contingere nobilis argumē-
tum: sed quo plura à Te requiri, eo minus à
me video posse præstari: & eloquentiam ipsam
infra Tua merita subsidere. Non nihil etiam
profecto veteror, ne (omniū animis) nova hac,
& insperata lætitia gestientibus, atque exul-
tantibus,) minus faventes, nec satis attentos
auditores habeam: quippe, qui Fontem illius
intuentibus, & Faciem ipsam contemplanti-
bus, videri fortasse possem, in communictotius
Civitatis gaudio, in causa tam Populari, velut
importunius miscere, atque obturbare. Tum
etiam, cum omnis affectus inutilis sit ad iudi-
candum; tam ingens, atque exundans lætitia;
non solum omne iudicium funditus tollere
solet, verum etiam sensus non raro eripere:
præsertim si, (quædam modum hæc nostra,))
præter spem, fuerit obiecta: maximè in hoc
gaudiorū velut impoteti æstu; dum grātulan-

di dulcis quidam ardor, pectus occupans, animum non sinit ad cogitandum instituere. Summa tamen votorum erit, qualemcumque animi mei cultum declarare: ne inter tot granulantium voces, obstrepentem clamorem Populi, lætissimos plaudentium vultus, inauspicati silentij reus peragat. Clangentes litui, stridentes tubæ Te Belligerum Martem admirantur; displosi ignes, reboantes machinæ tonantem, & fulgurantem Iovem: mea famen oratio, ut Soli proximiorē, facundum Mercurium veneratur; cum excelsi, & invictianimi magnitudini, qua militem in Martem accendis; impar non est efficax, & suada loquentia, qua dissidentes animos in pace componis. Nō enim unico itinere, Tuarum virtutum cœtus, immortalis honoris, & famæ Templum petit; lacteum illam viam splendidissimo candore micantem æmulatus; quarum in tam celso Olympo, incredibilis multitudinis subduci, numerus non potest.

Quis Te Martem tunica tectum adamantis digne laudaverit? Piratica cæde sanguineum Balearicum mare obijciam? Paccatas Neapolim, Sciciliam referam? attritam præ-

lijs

lijs Cathaloniam afferam? assertas Valencenas loquar? Prælagierit Philippus ille Macedo ex-celsam, indolem Alexандri, quod spectabilem, & ferociissimum equum Bucephalum, nullū patientem Sessorem, mira arte tractaverit, lenierit, sine verberibus cōscenderit, ad cursum admiserit, & molliter flexis habenis reduxerit. Eo maior Hispanus Philippus, minimè dubius deprehendit, Neapolitanum Equum, tractantium mollitie, vel imperitia succularium; à Te solo potuisse, vel consternari, vel demuleri. Dissentionibus Civilibus distracti pars sustulerant animos; pars In sessorem excutere, frenū depellere tentaverant; sed, Te moderante, rediit omnibus terror, metus, & votum imperata obsequedi. Ex quo parem laudem Fortitudo, & Prudentia Tua retulerunt: dum scelostos persecutus, miseris liberasti. Et si Regiarum, magnarumque domorum interiorē ornatum, ingentia vestibula, & aditus extimis ostentant: futurarum virtutum sacrata penetralia, hic primus eventus declaravit, & Apollinis augurio certissimus respondit exitus: Orbis Imperio dignum futurum, quemcumque Bucephalus Sessorem passus fuisset.

In

Intestinum Gotholanum bellum; trilustri
fere spatio, multos, eosque magnos. Duces
exercuerat: & quo versabatur, videbatur pro-
telari magis. Interim atrocius, & cruentius
per totius Hispaniae intima grassante Tyto
vulture, adunco rostro viscera depascente.
Vastata Oppida, direpta Provincia, exhaustum
ærarium, perculsa omnia, & postrata; vt neque
bellum confici, neque illa restitui posse, & mi-
nus multo animos tot incommodis exacerba-
tos coalescere universi iudicaret. Iam, quis un-
quam ita omnia, brevissimo tempore corrigi,
& emendari arbitraretur) Oppresisti, extin-
xisti bellum: & ad pristinam libertatem resu-
mendam incitata Provincia Reverentia Tui ef-
fecit, quod terror nullus valuisse, & depres-
sus intolerabili servitute, excitavit promissa
libertas; & crimine conscientis, ad pœnitentiam
oblata impunitas revocavit: & ab omni Imper-
io externo soluti, in perpetuum, in Patri os
rediere mores, & ritus. Æterno beneficio Pro-
vinciam Hispaniam Tibi devicisti; amplissima
gloria consequuta.

Soli, & Sali Tibi constat arbitrium. Insula
Baleari digressum, quatuor levibus Myoparo,

nibus Mauri, in Vectoriā, & Onerariā, lili
burnicas duas; in expectato impetu irruerer
magnis animis ab utraque parte concursum
pæsertim verò, cū illi in huius diei casu sum-
mam victoriar, & præde; ijs summam salutis
omnino consistere intelligerent: eaq; pugna
(cum Gubernatorum, militum, remigiumque
virtus de audacia eniteret,) magna cōtentio-
ne perducta. Pœnis sese recipere visum, non
quo prælio cederent, sed vt audacius redinte-
grarent. Quater absoluta, conversoque impe-
tu repetita concertatio. Vtrique vulnerati
& cadentes. Tua tamen virtus incredibilis, &
animi fuit excellentissima magnitudo; cum in
os, & pectus strictos adversos gladios, tela mul-
ta, haud impune, cōiecta, retorsi eris: vt Duce
m ageres Consilio, & Militem exhiberes ardore
pugnatidi.

*Ipse manu sua pilâ gerens, præcedit anheli
Militis ora, pedes: monstrat tollerare labores;
Non iubet.*

Fudisti hostium globos, & torrentis instar
obluctantes disiecisti.

Rabies Maurusia
Ferro cessit;

Iam olim Ioannis Austraci nomen; (cuius nomine, & sanguine, sic virtute accedit,) fatalis Mauris. Cum navigans Octavius Herenius, a Piratis circumventus, Herculis opera fortissime pugnans, victor evassisset: aram *Herculis* *Victori* inscripsit. Liceat mihi etiam Tibi novo Alcidi, ascribere, quod Balearicum Mare, Piratica rabie corruptum; ipsorum sanguine expiaveris. Et primum illud navale triumphus, victoriarum maritimorum auspicium capere. C. Duilius, de fugata hostium classe, Romanorum Ducum primus maritimæ victoriae ducat triumphum; & praeter columnam in foro exuvijs Marti Sacris gravem, etiam ad epulas facto personante tibicine; & nocturno prelucente funali, primam navalem Coronam consequatur: dum.

Prorogat aeternam feritas Tibi Punica famam.

Belgicum bellum ab Hispania usque Te ut validissimum praesidium excivit. Valentenas Urbem clarissimam, quadraginta milia multitudine Gallus sepierat, aggerum immensa altitudine circumvallatam: in ultimum discriben longa obsidio he deduxerat, breviter perituram, ni citius affuisse: in medio Belgio improvisus apparuisti.

Qua-

Qualis & Eurota, Pollux & Castor arenis, in se bello. Hic victor pugnis, ille fatus equis: Quorum, simul alba nautis Stella refulsi, Desuit saxis agitatus humor, Concidunt venti fugiantq; nubes: Et minax (quod sic voluere) ponto Vnde recumbit.

Aperto Marte aggeres exturbasti, & quidquid construxerat diuturnæ obsidionis longa molitio, felici congressu consumpsisti. Asserruisti libertatem clausos, & malis obsidionalibus Civitatē expediti. Quid prius in hac victoria miser? Velocitatem, quæ vel sola in laudem sufficeret: cum fulminis more momento veneris, percusseris, & recesseris. Felicitate, cum paucis amissis, tanta hostium, & tam ampla cædes fuerit; ut quatuordecim millia ceciderint, & Gallicus sanguis inundaverit; & dubium fuerit, an hostibus clade funestior, an Tuæ virtutis experimento obfessio fuerit speciosior?

Hæc tamen omnia, Prudentia, & Consiliis tantum firmata; trophæis florente; triumphis progressa; & spolijs partis gravi ætate confe-

B

cta

Et a sunt. Tam dissita Regionibus, ut eas, non modo victorijs illustrare vi fecisti; sed etiam excusisse decorum tuis annis videretur. Velo-
cissimi Sideris more vnde cumq; invocatus, velut Numen, aderas; & æquus tuus penniger Pegasus, quocumq; res poscerat, singulari vir-
tute præsens, auxiliaturus ad volabat.

Innumeras uno gereret cum tempore pugnas,
Hispanas caperet, Siculas submitteret, Urbes,
Et Gallum terris prosterneret, & aquore
Pœnum.

Acer, & Cœlestis animi vigor Tibi, animosè
configere; incruentè vincere, fasto procul
triumphare contulit, & arma vicitria in pa-
ciferas laureas commutavit: dum.

— Suas, ad signa iubet, revirescere lauros.
Nos tantum inter hæc omnia (si communia
nō imputes), expertes & vacuos reliquisti; in-
vidiam nobis alienæ felicitates fecere: inex-
plebilem tui famam excitavit fama; æstuavi-
mus videndo nos (omnibus alta die, sub tanto
Sole fruentibus;) nec dubiæ lucis crepuscula
meruisse. Neapolim, Siciliam lustraveris, Ca-
thaloniā rex ris, partes quodammodo cor-
pori suo abscessas, & quasi revulsas, totū cor-

pus

pus bellis, victorijs peragraveris; hæc Tui no-
minis terrorem circumtuleris, ipsis adscrivas,
nobis non potes: decet te (iam vltro viam
forte pandente) postquā Orbita Terrarum par-
esse cæperis, Capiti imperare. Altorum ipse
Princeps, reflexo quotannis cursu, lucentes
Zodiaci flamas, indefesso rotatu pererrat.
Nec est quod me poeniteat Te Solem salutas-
se, qui omnibus istius florentissimæ Coronæ
Provincijs, quasi Signis transcursis, ipsum
axem, celsissimum Polum præterieris. Nunc
ex ipsis Olympi.

— Summo de vertice dissipas omnes
Ardorem in partes, & lumine conservis arva.
Nec par erat Tuum iucundissimum conspectū,
quem cæteris impertisses, nobis denegari; qui
laudis, decoris, honoris, gloriæ, magnitudinis,
& amplitudinis Tuæ cupidi admiratores fue-
rimus. Benè est nobis, quod tandem aliquando
eßere tenebrae, & nitida Solis luce perfundez-
mar. Quod felix, faustumq; sit, ardenterissimis
votis, optata consequutis. Ea ecit, SERENISSI-
MUS PRINCEPS, istius Regni, Te illuces-
cent felicitas, ut nihil iam sibi ad perpetuam
gloriam, perennem famam desit; postquā Spij-

pus

B 2

ri:

ritum, & vitam eidem, tua præsentia, Præsi-
dētia reddidisti. Nec iam erit, quod Roma (ni-
hilo isto, hac parte, felicior) miretur sicut Ru-
minaem, quæ Remi, & Rōmuli infantiam
texerat, mortuis Ramalibus, & arescenti trun-
co, super octingentos annos, reviviscere; si
nobis videre licet olim compositos Regios ci-
neres sese exerce, suscitari, & insolita flamma
fulgere.

— Te sospire, fas est
Vexatum latè corpus iuvenescere Regni.
Occidit, heu! Philippus, & ex alto, longa navi-
gatione, suorum voto brevissima, confecta; in
utissimum portum inventus; omnes illas vere
Regias, & Imperatorias virtutes, quibus scien-
tissimus Gubernator ista navim, inter max i-
mos fluctus, & turbines rexerat, salvamq; in li-
tus deduxerat, vel sepulchro clausit: vel (quod
sibi eis paraverat) recondidit Cœlo. Illuc re-
ceptæ eximia in Deū pietas Rāmiri I. qui Re-
ligionis cultu, Ceremonijs instauratis, Chri-
stianissimi titulum à Gregorio VII. meruit,
Catholicæ Fidei tuendæ ardor Petri II. qui ab
Innocencio III. Catholicus audijt. Iacobi I. &
Iannis II. in Magnam Dei Matrem devotus

animus; quorum ille ad bis millia Delubrū eius
Nomini dicaverat: se iste, tuendæ ipsius à Pri-
migenia labi immunitati, voto sacraverat.
Assertæ Polo in Parentes obseruantia San-
cti III. Ad continentum in officio subditos
potentius vinculum, proba de ipsorum fide
existimatio Martini II. Martialis gloria Al-
phonsi I. qua trities signum cum hostibus colla-
tis pro Religione: ob vindicatā à Mauris Ur-
bem, ad Catholicam Fidem revocatam, mil-
itaribus præsidijs, Consilij ope, Magistratum
dignitate ornatam, primariam ditionis, suæ
Urbem, publicam, & stabilem iudiciorum Se-
dem constitutam, illustre Bellatoris nomen
reportavit. Insertæ vberiori solo, quæ exaruisse
se iam videri poterant, divina, & incredibiles
virtutes Tullio; præcipui Regum tituli Tacito
Pietas, Benignitas, Facilitas, Modestia, Man-
suetudo, Humanitas: nec tot latis commenda-
tas nominibus, Liberalitatis Gregales; quibus
uterque Alphonsus III. & IIII. præcelluere.
Iacobi II. Iustitia. Alphonsi V. Sapientis, &
Magnanimi Invicta Virtus, insuperabilis Co-
stantia; qua novercantem fortunam, amicam,
blandientemq; redijt; Civibus, Peregrinis iux-
ta

ta dilectissimus: sub quo Literæ spiritum, &
sanguinem receperūt. Hæc, & in numero alia
aliorum, sparsa Mundo sidera, vita decadente
Philippo, Cœlestium numerum auxerunt, quæ
procedente Carolo, instauratis viribus exori-
tura; vel, vt

— Simili frondescit virga metallo,
Iam cū hoc Regio surculo, erupturas speramus.

Sed ne Orbis (retracta splendidissimorum
astrorum luce) perpetua nocte calligaret; eo,
per æratem, impari tanti Imperij tenendo cla-
vo: Suaves, Dulces, Benignæ, & Faciles
Reginæ Matri, in spem Charissimi Pignoris
erectæ, blanda pectora subiere. Martiales verò,
Tractabiles, & Herculeæ in fortissimum pe-
ctus Tuum, misertæ mortaliū, se receperere non
aliud quam Regium Templum, cultum pro-
batæ; designatæ alium agnoscere Sacerdo-
tem, & Mystem.

Cœlifera Athlantem Occidentalis plagæ
Regem ferent (quoad mala Hesperidum re-
portare) Herculem interea Orbi sustinendo
successe. In Philippo, plagæ Occidui Solis
conicæ Rege, situ, & officijs munere Athlan-
tem agnoscimus.

— Ille pondera

Solem ad cadentem sustinet prægrandia
Cœli columnam, totius terraque onus.

Consentaneum vitæ, virtutibusque excessum;
professionem in Gloriam; & mala Hesperidū,
quæ sub se videt sydera. Mythologi interpreta-
tur. Solatur nos ille subductus, quod Tibi pro-
pej sanguinis Herculis, humerisq; tuis fulcien-
di Orbis, interim onus incumbit.

— Harum interpres curarū, & conscientia Iuno.
Habes enim prudentiam, & robur.

— Columnas.

Pralongas, Cœlum & Terram fulcire valentes.

Hercules Cœlestibus allectus, qua Iovis fi-
lius, & à Doctissima, & belligera Pallade, ista-
rum virtutum lenocinio Iunoni admotus, &
commendatus, eiusq; latis suctu immortalita-
tem consequutus: Exinde certè, post adoptionem
Cœlitum, perpetuus est virtutis assertor; omnium
que virorum fortium laboribus favet; in omni
certamine conatus adiuvat iustigans.

In Tui pectoris Delubro, capacissimo Pan-
theone, vel qua Cœluni forma refert, vel qua
omnia capiat, Regia, & Patria Numina ado-
ramus, eorum aras calentibus votis incendi-
mus;

mus, laureata ibi Imperij veteris simulachra.
Ibi primum Philippi Patris.

— *Facies Iovis est Regalis Imago.*

Vnde enim tam effusus in Filium animus nisi,
quod in Te iam simulachrum suum conipectis;
ductas lineas, quibus virtutum suarum effi-
gies possit includi. *Gastor Carolus Pollucem*
— *Te alterna Fratrem statione recepsi;*
Hoc schemmate in nos sufficiet imperio, ad-
huc fere in infinita vagienti. Ambo bus,

— *Placidus genitor mores largumq; nitorem*
Monstrar Avus, pulchra studium virtuis vierq;
Cæterorum Regum, qui nobis Armis, Con-
filijs hoc Regni decus immortale perpererūt,
in hanc perduxerunt amplitudinem, sartum
rectumq; curatūt, expressam in Te Imaginem
cernimus (si exempla à prioribus accepisse, nō
potius posteris tradidisse censearis); cunctis in
Te suas glorias, quasi symbola conferentibus;
ut divinæ eidam Hesiodi Pandoræ, Deorum
omnium dotibus ornatæ omnibus linguae, &
ingenij luminibus, & bonorum congerie cu-
mulatæ. In Te quidquid in Deum, & homines
pietatis; quidquid in Rempublicam officij, &
meriti; quidquid denique ad privatam ampli-

tudinem, & claritatem conducit, omnes retro
Reges contulerunt.

— *Vno se pectori cuncta vetustas*
Condit, & maior collectis viribus exit.
Christianissima, & Catolica Religio Ramiri,
& Petri; solum Accanum, & firmissimum, om-
nibus retro Regibus, Imperij munitum.

Et palma viridi gaudens, & amicta tropheis
Custos imperij VIRGO, qua sola mederis
Vulneribus, nullumq; doces sentire laborem;
Adsis perpetuum.

Serenissimi Iacobi I. surculo, Tua sepius ornä-
ti limina: nec Tu munito, inutile ferri pre-
diū quærenti. Fortunatū redde Cōsilijs, plac-
idis ornatum moribus. Invise, Optime Prin-
ceps, has Martini II. successoris Tui sedes; non
magis Syrio, quā Fidei, & Amoris erga Prin-
cipes amore calentes: nec tam anno lo tempo-
re, eoque calore dilapo so algente, tepefactas.
Commodum nobis advenisti, Alphonsum I. in
ista Urbe ornanda superatus; si Legibus,
Magistratibus, Consilijs suæ Maiestati resti-
tutis, prisca constet auctoritas, vel Te procu-
rante maior. Humanitas, Facilitas, Modestia
vtriusq; Alphonsi æmulata, tanquam divino

homini Cœlo in hanc Vrbem delapo, Augu-
stum cultum, & venerationem adscribent. Sa-
pientiae Alphonsi V. nihil potuit præter æter-
nitatem deberi; nisi ad debiti decrementum
ficeret, quod Tibi Eloquentiæ, Iudicij, Favo-
ris in literas cursu lampada tradiderit.

*Agnoscis ne tuos, Princeps venerande Penates?
Ut fortis in Marte viros, animisq; paratos,
Sic justos in pace legis.*

Simulachra vultus imbecilla colores immita-
tur; has pulcherrimas, & mansuras vitæ ima-
gines; exprimis moribus. Maecte hac adorea,
ut tantis Avis, tantus Nepos succederes; & ex
eodem loco fœnus redderes, ex quo Thesau-
rum collegeris.

Quanto igitur gaudio nos affe&tos censeas,
dum illorum (quorum apud nos immortalis
recordatio) Te, non minus mores, quam ora,
vultusque referentem, totosque ipsos mira si-
militudine excubentem, nostra subire limina
vidimus? Non secus, ac si Machaon aliquis, aut
Podalirius eos ad auras reduxisset lucis amœ-
nas. Vel si transmigratio illa Pythagorica, ani-
mabus illorum, virtutum choro, tropheis, vi-
ctorijs in Teras transfusis, nostræ Religionis fi-

dem

dem promeruisse. Occurristi

*Qualis ubi Occeani renovatus Lucifer unda
Landatur Veneri, & certat maioribus astris,
Inter culta superstitione Gentilium, nullum
maius, nec hominibus iucundius, venerabilius,
cui omnes supplicant Fortuna Numen; huic
revocati in Patciam Duces inscripta Fortuna
reduci, euderunt æra, & fana consecrarent.
Nusquam nec amplissimum, nec Augustius
Templum videri potest, pecunia publica in-
staurantur a nobis exigisse: Reduce tecum
antiqua illa Felicitate, Imperio, Auctoritate, &
rerum gestarum gloria, qua floruimus. Cu-
ppressus arbor conspicua altitudine, quæ in
agris Vespasiani præciderat; & eodem vesti-
gio surgens procera, & letior viruit, Aruspici-
cum consensu, summam claritatem ipsi pro-
tendit. Nunc istius Præsidentiæ decus. Eidem
Ominis implere videtur, nostris rebus ad pri-
stinæ auctoritatis speciem, spem, & florem re-
cientibus. Et cum cæteris Coronæ Provincijs
plurimum, isti Regno, & Civitati supra vota
indulsiisti, quod vtrosq; præsentia Tua beare
destinaveris;*

C 2

In 2

*Instar veris enim, vultus ubi tuus
Affulgit Populo, gravior it dies,
Et soles melius nitent.*

Finem igitur dicendi faciam, si eam Tibi commendatam intellexero, quæ non minus Te adventante exultat, quam Martino quondam. Tanta multitudinis concursu ad eum alacriter excipiendum facto, quantum capere poterat ipsa Vrbs. Et Ferdinandus I. Castellæ Infans: Hanc Civitatem alacer, ac latus introivit, multis nostrorum copijs stipatus; omnes enim illum avidissime ad extremas Regni oras expectaverant. Unde, cum in Vrbem summa celebritate, latitiaq; cōmitatum honestarū. Historici verba sunt. Quia propter, si eadem exhibere, proferre potuissent; nec minora, quam ab illis, a Te sibi pollicetur conservationem Maiestatis, virtutis, bonarum artium; honorem disciplinis, vigilijs impartitum. Sed non meæ nunc præmonendi partes, quem in hoc virtutum stadio mortali- bus antestare videam; sed potius adorandi, quem tantum non Deum, in summo generis humani fastigio, gloriæ superviventem, præ- si dem illæ virtutes alium non agnoscunt.

SE-

SERENISSIMO PRINCIPI IOANNI AVSTRIACO;

PRO CERVVM VOCE,
PLAVSV POPVLI,
SOLlicitis votis,
EXPECTATO:
COELESTI IUDICIO
DESIGNATO
PROPVGNATORI, SOSPITATORI.

DE PATERNA, AVITAQUE PROVINCIA;
OMNI HOMINVM GENERE
MERITISSIMO.

OB
REGNI CORONAM
DIVVLSAM, DISTRACTAM
CONSOCIATAM;

ERGA PROVINCIALES
AFFECTIONEM EXIMIAM,
SINGVLARIA BENEFICIA.

TRIVMPHALES LAVROS,
FASCES, OBSEQVIVM,

ARAGONIA OFFERT;

SERENISSIMO
IOANNI AVSTRIACO,
LECTISSIMO PRINCIPI
GHARISSIMO CAPITI,
FAMÆ ORBI NOTÆ.

OB
AMPLIFICATAM REGIMINE,
ORNATAM PRÆSENTIA,
ILLVSTRATAM GLORIA
VRBEM:
EXIMIVM ERGA MVNIGIPES AMOREM:
PIETATIS SVÆ ERGO TESTIFICANDÆ;
NOMINIS PERPETVVM CELEBRANDI;
IN LIMINE ADORANS,
BRACHIA, SINVS, COR,
PANDIT:
FAVSTVM INGRESSVM
PRÆCATVR
S.P.Q. CÆSARAVGVSTANVS;

HERCVLI MVSAGETÆ;
STVDIIS, TRIVMPHIS, VICTORIIS
EXCVLTISSIMO:

SERENISSIMO PRINCIPI
IOANNI AVSTRIACO;
SAPIENTISSIMI ALPHONSI V.
HISPANÆ GENTIS, INGENII LVMINIS,
DOCTRINÆ, SCIENTIARVM GLORIA
CLARISSIMI:

SAPIENTIÆ STIRPIS
EMVLÆ PROLI,
VENVSTATIS, ELEGANTIÆ;
AVITA IMITATIONE VINDICI,
STVDIOSORVM MOECENATI:

ACADEMIA CÆSARAVGVST;
OPTIMARVM ARTIVM GLORIÆ
LITANS, ~~YVAT~~
ERVDITIONIS ARAM,
ADORANS:

P.

SERENISSIMIS
ARAGONVM REGIBVS;
EORVMQVE FORTVNÆ REDVCI.

QVOD
REGNVM
ARMIS FVNDAYERINT,
OPTIMIS LEGIBVS
MVNIERINT,
SANCTISSIMIS INSTITVTIS
ORNAVERINT;
REGIAM
FOELICISSIMA SOBOLE
AVXERINT,
AD REGNI COLVME N;
PATERNÆ VIRTVTIS
ÆMVL A,
PATRII MORIS
OBSERVANTISSIMA:
EXEMPLIS ANTIQVÆ PROBITATIS
FORMAVERINT:
DE ÆTERNITATE BENEMERENTIBVS

P:

ALLEGORIA
SACRA

IN
CANTUS
MUSICA

IN
MUSICA
INSTITUTIS

IN
CANTUS
MUSICA
SOPOLA
AVANTIA
IN
REONI COLYME
PATERIS VIRTUTIS

IN
CANTUS
MUSICA
PROBITATIS
AVANTIA

IN
CANTUS
MUSICA
REPENTIENTIBUS



ELABORATIO AD S. LOCA
SACRA S. LIB.3. INST. DE
EMPT. ET VEND.

ASSERTVM I.

EMPTIONIS atq;
venditionis con-
tractum , sine re,
quaꝝ veneat intelligi non
posse, certi iuris est , (A)
in eo enim id agimus , vt
rei dominium in empo-
tem trāferamus.(B) Ideoꝝ
que in his rebus , quas na-
tura,(C) vel gentium ius ,
(D) aut civitatis mores ,
(E) hominum comertio
exemerunt , consistere ne-
quit , (F) cuius generis
sunt Religioꝝ(G) Sacraꝝ ,
(H) ac publico ysui dica-
toꝝ ; (I) cum hæc dum talē
statum obtinent , nullius
ditioni addici possint(K)

In-

(A)

Pomponius in l.nec emptio 8. ff. de
conrabit.emp. l.in venditioni us. 9. ff.
cod. Donell lib.13. comment. cap. 1. vbi
Oſuald. lit. E. Anton. Fab. in ration.
ad diſt. l. 8. & omnes communiter
Interpretes ad princip. inst. de empt.
& vend.

(B)

L.naturalis.5 ff. de Prescrip. verb.
Donell. vii sup. & Oſuald. lit. D. Pich-
ad S. nosl.l. cum manu 80. S. pl. ff. de
conr.empt.

(C)

Vt sunt, aer, aqua proſuens, ma-
re, &c. ex l. quadam. 2. de rerum di-
uis. & ex S. & quidem iuſl. de rer.
diuſ.

(D)

Vt Flumina Portus, &c. l. portus
59. de verb. sign. l. prescriptio 45. ff.
de usurp. & rific. & flumina, inslit.
de rer. diuſ. quem in Academicis
exor navit D. D. H̄ gydius de Lifa-
sa Vesp. Leg. Cath. Antec. Dignif.
& ſcriparum eod. Cujat. lib. 10. reſ-
pons. Pap. in d l. prescript. 4. Hugo
Donel. lib. 4. comment. cap. 3. & 6.
ibidem Oſuald.

(E) Ut Theatra, Stadia, Muri, & Portæ, Civitatis, &c. ex Caio in l. 1.
Maius in l. 8. Vlpijan. in l. 9. §. 2. de rer. divis. & ex Iustin. in §. Sancta In-
stit. cod. tit.

(F) L. sed Celsus 6. l. si in empone 34. §. omnium 2. l. liberi 70. l. qui of-
ficij 62. §. 1. de contrah. emp. l. inter stipulanten 83. §. Sacram. 5. de verb. obli-
gar. l. nemo 82. l. liber homo 103. de verb. oblig. l. qui res, §. aream de solut. l. si
mibi alienum datur. l. si servus de alio. l. 1. §. 9. de oblig. & aet. l. 35. de ver-
ber. oblig. §. 2. i. mit. de inr. stip. Donell. lib. 12. comment. c. 20. Ibid. Olvid.
lit. c.) dem. Donell. lib. 4. c. ap. 6. Idem in comment. ad tit. de verb. oblig. & ad
dict. l. inter 83. §. Sacram. Anton. Fab. in ration. ad tit. de contrah. emp. & præ-
cipu. in l. 4. 5. 6. 22. & 73. & conie. & lib. 3. cap. 4. Iacob. Cujat. l. 5. Paul.
ad Sab. in l. 5. & 23. b. tit. & lib. 3. respons. Pap. in dict. l. 73 & in comment. ad
tit. de verb. oblig. in dict. §. Sacram l. 83.

(G) Vlpijan. in l. 1. §. 6. de relig. & sumpt. fun. l. si sponsus s. §. concessa de-
donacioni l. si quis sepulchrum 12. §. 1. de relig. & sumpt. fun. l. offa. l. si locus,
ff. eod. l. sacrilegij 11. ad l. lib. pecul. l. 5. de sepul. viol. l. 5. C. cod. l. 2. l. 9. C. de re-
lig. DD. in §. religij sumpt. de rer. divis.

Illustrant Cicero lib. 2. de legib. ibi. Deorum Maniū iura sancta sumpto. &
Marzial. lib. 9. epig. 31. ait: Sanctam Vrnam Catul. carm. 7 ad lef. sepulchra
Sacra. Senec. ad Troad. aet. 3. Tumulum Sacrum, & Sacram Sedem. Quint.
declamat. 10. ibi: Sacros morte lapides. Congensit, & alia Erudi & ille
vir D. Emman. Gonçal. ad text. incip. 13. de sepul.

(H) L. 3. C. de Sacro. Eccles. & vendens symoniam committit, text. in
can qui studet 11. cans. 1. quæst. 1. cap. cum ex eo 2. de Reliq. & Ven. Sanct. vbi
laritatis Gong. Tell.

(I) §. Vniverstatis Instit. de rer. divis. l. 1. ff. quod cuiusque Vniverstat.
& l. 1. 3. de iniur. Arnol. Vin. ad dict. §. Vniverstatis Instit. de rer. divis.

(K) Omnes supra relati expressus texti in l. 6. §. 1. de rer. divis. Donell.
lib. 12. comment. cap. 20.

(A)
L. bona 27. §. 1. ff. ad S. C. Velleian.
l. 1. §. id quod ss. de oblig. & aet. l. li-
ber homo 130. l. continuo 137. §. ei-
qui ss. de verb. oblig. l. si quis liberum
20. ff. de probat. l. cum hæredes 23. §.
vls. l. vñiversa 130. §. 1. de adquir.
poss. l. vñscaptionem 9. de vñscap. l. vlt.
c.

ASSERTVM II.
Nter eas quoque res,
I quæ extra comertium
sunt, hominem liberū re-
ferri non dubitamus, (A)
ita ut ille ob naturalem
suam

C. de long. temp. præscript. l. quedam
41. sam. exercit. l. vlt. de iur. Tatrom. l.
1. §. per hanc. de rei vin. l. 1. C. de Pa-
tr. qui fil. dist. l. ob as alienum 12. C.
de oblig. & aet. l. qui filios. 6. C. que
res pign. l. 1. §. sed cum homo, l. vlt.
ff. de his qui de eccl. l. 3. ff. si quadr. l. 2.
§. cum in eadem, ff. ad leg. Rod. & cap.
lator. 2. de pign.

Illustrant præter relatios supra,
Narbon. de arat. ann. 20. quæst. 5.
Forcat. in sphær. leg. nu. 25. Felician.
de cen. lib. 1. cap. 8. Othoman. ill. mpr.
quæst. quæst. 22. D. Emmam. Gonçal.
ad text. in dict. cap. lator 2. de pignor. vbi Graña, & Barb. qui plures refe-
rent.

(B) Probant, & illustrant Menchac. lib. 2. Illust. cap. 8. 2. num. 13. D. Frá-
cisc. Amay. lib. 3. obser. c. 1. §. 1. n. 3. D. Melich. de Valét. lib. 1. Illust. iur. tratt.
tr. aet. 2. cap. 2. num. 9. & seq. Carranz. de Part. cap. 3. ex num. 21. Gibalin de
negot. ion. 1. lib. 1. cap. 4. art. 3. conseft. 1. relat. à Gonz. in dict. cap. 2. de pig-
nor.

(C) L. vetus 68. ff. de vñstr. l. in pecudum 28. ff. de vñsurp. l. Iusti fini
44. ff. de adil. adic. §. in pecudum. instit. de rer. divis. & ratiocinatur Cicero
lib. 3. defin. ibi: Omnia hominum causa nata fuerunt, & Ovid. lib. 1. metamorph.
vers. 66. ingeniosè cecinit, natum hominem frâsse, ut possit inter extera
dominari. Et Prophet. Rex. P'al. 8. ibi: Omnia subiectisi, sub pedibus eius.

ASSERTVM III.

H V C spectat illud,
quod Póponius scri-
bit, (A) & liberi homi-
nis, & loci sacri, religio-
sive, que haberi non pos-
sunt, emptionem intelligi,
si ab ignorantे emanuntur,

(B) & quæcum enim est, ha-
ce-

(A)
Lib. 9. ad Sabin. in l. liberi 4. ff. de
contr. emp.

(B)
L. quia difficile 5. b. tit. l. liberi 70.
cod. Anton. Fab. in ration. ad dict. l.
5. & Cujat. lib. 5. Paul. ad Sab. in d.
l. 5.

(C)

L. & quod solverit 23. de contra.
emp. vbi Paul. hæc ait: Et quod sol-
verit eo nomine emp̄tor condicere po-
test. Aut. Fab. & Cujat. ad dīct. l. 23.

(D)

Balduin. ad nosf. §. vers. Ha bet ex
empto, & communiter omnes instit.
ad eund. §.

(E)

L. qui officij 6. 2. S. qui nesciens. I.
ff. de contrah. empt. & in simili cau-
ratiocinatur, in l. si sterili 21. S. quamvis 2. de act. empt. Anton. Fab. in
ration. ad dīct. l. qui officij, Cujat. lib. 5. Reg. Modif. in d. l. 62.

Non obstat l. offa. S. si locus 1. de Relig. solvit. Idem Fab. vbi sup.

(A)

L. Et liberi 4 ff. de contr. empt. &
alijs relati juri. in prox. assert. li. B.
Quo pertinet celebris simul ac dicti
cillis texti in l. si iusfructu 23. ff. de
liber. casu. cui ieiune satis optuleran-
tur Balduin. in Scobola. sive in Iuris-
prud. Musiana pag. 225. Cujat. lib. 50
Pauli ad dīct. in d. l. 23.

(B)

L. liberi 70. ff. de contr. emp. l. do-
mum 57 ff. cod. si emptione 34. S. ho-
mino liberum. & item si empti ff. cod.
Cujat. lib. 5. Paul. ad Plau. inde l. do-
mum. Anton. Fab. in ration. ad d. l. li-
beri. & ad d. l. domum 57.

(C)

Dicit. liberi 70. & sic ratiocinatur
D. Emm. Gōz. Tell. in cap. lator. 2. de
pig. n. 6. Quid si liber homo a duob⁹
ematur, quorum alter id sciat, alter
autē ignorēt? Emptionē valeret ex
parte ignorantis inuit. Paul. in l. fin.
ff. quibus ad lib. pro clam. ex parte
vtriusq.

tenuis saltem eum teneri,
vt pretium, quod accepit
restituat; (C) Ob idque
emptori ex empto actionē
competit; (D) non tamen,
vt ea habere, tenere vē
licet, quæ natura sua ha-
beri, aut possideri ne-
queunt. (E)

ASSERTVM IV.

Q Vamvis prædicta lu-
ri confona, atque
haud vlla distinctione iu-
dicemus; tamen liberi ho-
minis emptionem contra
hi posse existimamus, si in
ter ignorantes id fiat. (A)
Idē placet, si vēditors sciat,
emperor autē ignoret. (B)
Quod si emperor sciens li-
berum esse emerit, nullus
emptionis, & venditionis
contractus celebrabitur,
nec ad pretium persequē-
dum, cum hoc emperor ia-
cere videatur. (C)

Q uam-

vtriusque Vip. in liberis 7. §. si duo 3. ff. de liber. casu. quorum Conciliatio
nem, similiq; huius celebris questionis decisionem pete à Conano li. 2.
com. cap. 1. n. 6. Fabro in iuris prud. Papin. tit. 3. print. 1. illatione 3. Hor. manu
in §. serv. 4. enunciati: 3. insit. de iure Person. vel si mavis. ex libris Basilicon.
lib. 48. tit. 8.

ASSERTVM V.

Q Vamvis emptio rei
Sacrae Religiosæ, aut
publicæ, cum he res prin-
cipaliter, & per se vendū-
tur, nullius momenti sit;

(A) valet attamen, quoties
res iste modicæ sunt, ac-
emptioni universitatis bo-
norum, vel maioris partis
fundī cedūt, vel accedunt,
(B) quo casu, & in empto
rei transiunt per consequé-
tias, (C) nisi specialiter à
contrahentibus excipian-
tur. (D)

(C) cap. ex literis 7. cap. cum seculimi 3. de iur. Pair. cap. cum sicut. cod.
tit. l. 15. tit. 5. part. 5. D. Emm. Gonz. ad ea, referens Covarr. Saig. Cost.
Olea, Hermosilla, & alios.

(D) Vipian. expressis verbis in l. Hanc legem 22. l. pœta 70. S. Tapi manu-
mus de contrah. emp. l. id quod 7. §. vlt. de perit. & com. re vend. sic intelligendus text. in l. si mercedem 53. §. de action. empti iuncto eleganti, & elec-
to text in l. 1. S. & alias 15 ff. si quid in fraud. Pair. & illustrabis, ex verbis,
Divi Ambroſij lib. 1. de Abraham. cap. 9. Sap. enim alienationibus posse ssi. nū.
venales sunt, que in eisdem locis, sepulture sunt.

ASSE-

(A)
Iustin. in b. n. §. & ex omn. fer. iur.
sup. relatis, Exornant Instit. ad §. 2.
de inut. ssp.

(B)

Expressus text. in l. in modicis 24.
ff. de contrah. empt. Facit. lib. 1. annal. vbi
Dorlecan. & Lipsi. notaci, diss. 194.
l. quedam 62. ff. de adquir. rer. dom.
l. 1. in fin. ff. de fund. doct. l. quod si uno
l. 13. §. vlt. de in diem adieci. l. si ita quis
135. §. ea lege, de verb. oblig. cap. cum
Beroldus 18. de sent. & re iud. & pre-
ter laudatos a Pich. in §. idem iuris,
num 16. insit. de inut. iungendi sunt
Spin. in specul. testam. glos. 4. nu. 105.
& seq. plures congetuli in adit. ad Mo-
lin. Hispan. primog. lib. 1. cap. 24.

ASSERTVM VI.

(A)

Fundavimus supra latè in prim.
affert. & tradit Duare ad tit de verb.
d'blig in dict. §. Sacram, l. 83. & Cu-
jat, ad tit de emp. contrah. in l. 4.

(B)

l. 27. §. si liber homo, ff. ad l. Iul. de
adult. l. cum qui 14. §. si filius de furt.
l. 14. §. 1. ff. de serv. corr. Gonz. in d.
cap. 2. num. 6.


(C)

l. si in emptione 34. §. 1. vers. Libe-
rum, ibi: Nec talis emptio admittenda
est, cum servus erit. b. tit. l. inter stipu-
lantem 83. d. §. Sacram, vers. Adeo, §.
idem iuris 2. insit. de inut. Iacob. Cu-
jat. lib. 33. Paul. ad adict. in dict. l. 83.
§. Sacram, num. 7. Anton. Fab. in ra-
tion. ad dict. l. 34. D. Eman. Gonz. Tell. ad text. in cap. 2. de pign. num. 5.
Arnold. Vin. Pichat. Baldwin. & alij ad dict. §. idem iuris insit. de inut. sup.

(D) Quia vt ait Paul. I.C. in dict. l. inter stipulantem 83. de verb. oblig. §.
Sacram, vers. Homo liber, ibi: Causum hunc, adversamque fortunam spectari, ne-
que civile, neque naturale est. Hoc ipsum lata manu exornat, ex l. sed Cels-
sus 6. de cirtrah. empt. & exl. bona 27. §. 1. ff. ad S.C. Velleian. D. Eman. Góz.
in dict. cap. lator 2. de pign. num. 5. dum probat Tales omninoſos causus peflan-
dos non esse, innumeris ibidem relatis. Donell in comment. ad tit. de verbor.
oblig. in dict. §. Sacram, & ibidem Cujat.

Propugnator aderit D. BRAVLIVS SALVADOR & BERNAD,
Iurisprudentiae Studiosus. Præses GASPAR DEL CORRAL
LOPEZ DE RVESTA Iur. Cæſar. Bachal. Locus certam. Cæ-
ſar. Aug. Clauſtrum. Die ix. Decembris. Hora Nona,
ante meridiem. Anno M.DC.LXXXVII.

Cæſar-Augusta : Apud EMMANVELEM ROMAN,
Typog. Vnivers.






OCTIDV A ELABORATIO

AD S. INCERTIS AVTEM 25.

INSTIT. DE LEGAT.

ASSERTVM I.



Vamvis lege 12.
tab. cautorum es-
set, ut quemad-
modum Paterfa-
milia rei sua legasset, ita
ius esset. (A) Absurdum om-
nibus Jurisconsultis vissum
fuit, eam testatoris volunta-
tem ius facere, quæ, nec cō-
silio, nec iudicio certo regi-
poscit; (B) certum autem
iudicium, aut consilium es-
se nō potest, quoties incer-
tæ personæ quid relinqui-
tur. (C)

Quid
tim. volunt. lib. 4. tit. 6. Spin. inspecul. testam. gloj. 10. per tor. alios adducens
D. Emman. Cost. ad cap. si Pater de testam. part. 1. lib. 6. verb. Pauperes , non.
2. S. Sed nec huiusmodi. verf. Tutor b. n. tit. ibi: Quia certo iudicio debet quis,
pro tutela sue posteritati cavere, & alij quam plurimi. Videadus omnino
idem D. Emman. Cost. ad S. posthumus insit. b. n. tit.

(A)
Vopian. in frag. iii. 11. L. verbis-
gis. 120. de verb. sig. Consule Balduin.
ad LL. 12. tab.

(B)
D. L. verbis legis. 120. de verb. sign.
ibi: Sed id interpretative coangustatum
est legum autoritate. Bartol. in L. quā-
dam relegatus 6. ff. de reb. dub. Iason
in L. siquias a filio, & siquias plures, ff. de
leg. i. Ioan. de Immol. in L. ex duobus
34. ff. de vulg. ex pup. Vopian. in frag.
iii. 22. qui her. in iust. possint, & incerta
persona.

(C)
L. Paulus 4. L. 5. L. si ita fuerit 11.
L. siquias ita. 15. cum alijs, ff. de reb. dub.
Vlp. in frag. tit. 24. vers. in certa per-
sona. Iul. Paul. lib. 3. senten. tit. 6. vers.
Legation. Donel. in comment. lib. 8. cap. 8
& ibidem Ounal. lis. b. Cujat. lib. 19.
obser. cap. 14. Mantic. de coniect. vi-
tim. volunt. lib. 4. tit. 6. Spin. inspecul. testam. gloj. 10. per tor. alios adducens

ASSERTVM II.

(A)

Omnis relati lit. anteced. & præcipue Vlpin frag. tit. 24. vers. In cor-
ta, Iul. Paul. lib. 3, sentent. l. si sita fuerit. II. l. si quis ita. 15 ff. de reb. dub.
Consule Baldinu, ad nos. §.

(B)
I. falsa de cond. & demonst. l. in
tempus, S. quoties, de hered. inst. Marien.
in repet. ad hunc. S. omnino videndum.

(C)
n jus deficit, sed pro-
iis penuria potest ip-
emorari, nisi hæres
cautione, vni electo
nt. de testum. tut. vidè
tionem d. S. nost. & ad
noties de hered. inst.

Vid si, dum Testator
incertis legat perso-
nis, constet animum suum,
& judicium subiecisse cer-
ta personæ, licet nobis in
certa, parumque nota sit.
Valebit legatum ipso iure;
(A) sed probationis diffi-
culty impeditur. (B) Si
autem quis, ex illis legato
comprehensis, de se testato-
rem sensisse proberet, illud
consequetur. (C)

ASSERTVM III.

Quæ quidem personæ
incertæ dicantur; ex
præfatis evidenter inferri
poterat, sed tamen, ut clarius
aparet, Iustinianus respon-
deat suis additis exemplis:
incerta persona videbatur,
quam incerta opinione ani-
mo suo testator subjiciebat;
(A) veluti, quicq; filio meo,
filiam

*filiam suam in matrimonium
dederit, ei heres meus illum
fundum dabo. (B) p. 3120A*

non tecit, hoc omittamus sua vestigia sequentes. Qui plura cupiat adeat singularem Comentarium, D. Emmanuel Colli ad §. posthumus b. n. iii. per tot.

ASSERTVM IV.

Hec omnia rationi
adeo consona judi-
camus, ut nec in libertatis
favorem, incertis servis li-
bertas, (A) nec in militiae
incrementum, incertis per-
sonis, jure antiquo, testame-
to militari, (quoniam in
eius gratiam, multa conces-
sa fuerint) (B) legatum
utiliter assignari permis-
tur. (C)

ASSERTVM V.

Ab hac regula excipi, so-
let cassus, in quo, ex
certo numero hæ personæ
designata fuerint; (A) licet
Imo, & incertæ ex incertis, si modo
incertando potest minutatur a Tes-
tatore, i. si quis ita scripsit rebus
dubius, si servis. 108. S. brennmodi de te-
gatis.

(B)

Dubitari hic folet posthumus an
sit certa persona; verum quia Iusti-
mianus in nosf. S. de eo mentionem
non fecit, hoc omittamus sua veligia
gularem Comentarium. D. Eman.

(A)

